Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Gefördert durch DFG Deutsche Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."

Spargite Flores o Cives.

Bauwer, Michael

[Bremen], 1757-03-21

VD18 91023149

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0631-30+

urn:nbn:de:gbv:46:1-179923

Visual Library

Spargite. Flores. o Cives.
Flores. quos. priſca. ROMULIDUM. gens. in. honores. novi.
CONSULIS. ſpargere. ſolebat.
In. ſede. Curuli. KLUGKISTIUS. ſedet.
Elegans. in. faſtis. perennet. feſtus. ille. ediditius. dies.
Qui. TE. ſine. faſtu. nitisſimum. ad. faſtigium. REIPUBLICÆ. elatum. monſtrat. cum. Faſcibus.
CUJUS. ineffabilis. affabilitas. &. humanitas.
Omnium. hominum. in. ſe. vertit. oculos. mentesque. allicit.
PIUS. JUSTUS. FIDUS. SAPIENS. quorumvis. meritorum. amicus.
Crimina. ſine. diſcrimine. fugat.
Quæ. ſemper. ultro. boni. IMPERANTIS. conſpectum. fugitare. conſueverunt.
Facileque. facilem. ad. orcum. unde. orta. inveniunt. viam.
Et. ad. auras. ſuperas. vix. redire. audebunt.
Sortem. TUAM. hodiernam. omnes. boni. &. animo. fortes.
Vident. neque. invident. neque. mirantur.
Dignisſimum. TE. judicantes. his. oneribus. gerendis. fruendisque. honoribus.
GENITOR. TUUS. &. qui. hunc. ſeruit. AVUS. Proavusque. gravis.
Poſt. funera. inclyti. gravia. haud. interrupta. ſerie. in. REPUBLICA. geſſerunt. Senatoria.
Munera.
TU. quantus. hujus. Proſapiæ. SENATOR. primus. CONSUL.
Salve. iterumque. ſalve.
Conclamant. CIVES.
Suſpicamur. Tuo. ſub. CONSULATU. reditura. optima. tempora.
Cujus. in. REPUBLICA. merita. futurus. [illegible]
Quem. demortuum. dolemus. SOCERUM. Tuum. [illegible]
Faxit. interim. SUMMUM. NUMEN.
Cujus. nota. potentia. in. humanis. rebus. omnia. pro. nutu. dirigit.
Ut. Incolumis. ſtes. &. immota. Columna. pro. Patriæ. incolumitate.
Novo. hoc. CONSULARI. Splendore. dies. incipiant. ire. Tui. diu.

Sortem. TUAM. hodiernam, omnes. boni. &. animo. fortæ.
Vident. neque. invident. neque. mirantur.
Dignisſimum. TE. judicantes. his. oneribus. gerendis. fruendisque. honoribus,
GENITOR. TUUS. &. qui. hunc. ſeruit. AVUS. Proavusque. gravis.
Poſt. funera. inclyti. gravia. haud. interrupta. ſorte. in. REPUBLICA. geſſerunt. Summoria.
Munera.
[illegible] SENATOR. [illegible] CONSUL.

Cujus. nota. potentia. in. humanis. rebus. omnia. pro. nutu. dirigit.
Ut. Incolumis. ſtes. &. immota. Columna. pro. Patriæ. incolumitate.
Novo. hoc. CONSULARI. Splendore. dies. incipiant. ire. Tui. diu.
Inter. Senaculi. Membra. ad. provectam. usque. ſenectam. ultimosque. vitæ. humanæ. limites.
Sis. PATER. PATRIÆ. Felix. nec. infelicior. Splendidæ. Familiæ.
In. conſiliis. gravis. CONSUL. in. negotiis. gravior.
Amicus. bonorum. malorum. inimicus.
Muſarum. MOECENAS. civium. decus. debilium. fulcimentum.
Juſtitiæ. &. Aequitatis. juſtus. Vindex. &. æquus. Arbiter.
Sic. ſperamus. fore. ut. hac. TUA. ſub. Tutela.
Tuta. maneant. &. inconcuſſa. Forum. Lycæum. imo.
Tota. BREMENSIUM. RESPUBLICA.
Cujus. incolæ. tanti. CONSULIS. memores. pergent. ſemper. in. ejus. honorem.
Spargere. flores.

Ne lætus hac occaſione latitaret animus poſuit
M. B.